

B E
CONSOCIATIONE BONORVM DIVISORVM

DISPV TATIO

SVB AVSPICIIS PRINCIPIS

PRAESIDE

D. CAR. HENR. GEISLER

SEREN. LANDGR. CONS. REG. PROF. ORD. IVR. PVBL.

ORDINISQVE SVI H. T. DECANO

A. D. XV Ivnii AN. CCCCCLXXX.

PRO LICENTIATV IVRISCONSVLTORVM

PUBLE INSTITUTA

A

IOHANNE GVILLELMO PFEIFFER

ERMSCHWERDA HASSO

MARBURGI

EX OFFICINA BAYRHOFERIA.

13

1780 3 2262

CHOCVIIIONE DSCGIVI DISSORVM

DIACTATI^O

SAC VAEPIICIS PRINCIPIS

PRÆSIDI^R

D CVR HENR GEISTER

PER TITULI CONCILII SCGIVI ETC IN LIMA

ANNO 1504. ET 1505. ET 1506.

LIMA 1506. ET 1507. ET 1508.

MUS. TITULI ET TITULI CONSILIARUM

PRÆSIDI^R ET CONSILIARI^R

JOHANNES GATHIUS FESTER

EMPSCH MESEN HABEB

IMBVRG

ET LIMA 1506. ET 1507. ET 1508.

VIRO . ILLVSTRISSIMO
IOH . PHILIPPO . FRANCISCO
FLECKENBVHL . DICTO . BVRGEL
SER . LANDGR . HASS . INTRA . CONSISTORIVM . COMITI
IVDICII . AD . QVOD . PROVOCATIONE
CERTATVR . PRAESIDI . ACADEMIARVM
HASSICARVM . CVRATORI
FELICITATEM

Post adclamationes publicas, quibus exsultans nuper patria
aduenientem exceptit, haut inique, opinor, feres, **VIR**
ILLVSTRISSIME, me quoque venerabundum ad
TE accedere. Quis enim non admiretur colatque, quem
omnis late Germania iudicem probauit, Principis Sapien-
tissimi iudicium de legit, atque vniuersa tandem Hassia
oscu-

oscultatur diuinatusque rebus ac foris suis contigisse fatetur?
Itaque beniuolete comiter cape, DOMINE, hoc quid
quid est scriptoris, quod summa cum obseruantia et pietate
animi TIBI offero, ac si dignus TIBI videar hoc
tanto beneficio, beniuolentiam gratiamque TVAM,
in qua praecipuum spem prosperitatis meae habeo, mihi
liberaliter tribue.

NOMINI TVO ILLVSTRISSIMO

INVENTARIUM

AD DICTISSIMVS
JOHANNES GVILLEMVS PFEIFFER

§. I.

Consortio bonorum diuisorum re ac nomine explicata.

Non est animus omnem hoc loco amplecti coniunctionem bonorum, quod nimis foret amplum atque ab hac tali scriptione academica alienum, sed eam vnam breuiter explicare iuuat, quae consociatione bonorum olim diuisorum constat. Ab hac enim nostra tempestate saepenumero causas et rationes succedendi repeti in primis in familiis illustribus satis est notum, intelligiturque adeo facile, ex fundo Germanico caussam maxime instrui. Itaque ut ab initiis rite ordiatur disputatio, haec, quam dicimus, consociatio bonorum est instauratio vnius patrimonii inter confortes per diuisionem quondam in plures species diuulsi. Soliti hanc maiores, quibus potissimum frequentata, ambiguo paullulum vocabulo compositionem bonorum a) dicere, die Haeufung, Zulegung, Zusammenlegung, Zusammen schlagung, Zusammensetzung, Zusammenfahrung der Güter, quae omnia auctoritatibus probauit HALTAVSSIVS b)

(a) ut in dipl. Caroli IV. de An. P. 537.
CLXXXLXI, ap. GLAFAEUM, in Anecd. b) in Gloss. for. Germ. sub h. v.

constatque adeo eodem modo *Zuwurf* dici, quandoquidem
 An. c*ccc*xiii. Rudolfus Palatinus in diplomate apud
 TOLNERUM c), vnde dein saepius repetitum fuit, inter
 alia scribit: *wir—tun kund allen den, die diesen Brieff*
ansehent oder hoerent lesen, datz wir willicklichen und
gern mit gutem Rath freundlich und für uns und unser
Erben verricht haben und unser Huss-Fruwen Mechtild,
mit unserm lieben Bruder Ludwig Pfallen-Z Graff by Rin
und Herzoge in Beyern, und er sich herwieder für sich,
sein Huss-Fruwe Beatricen und ihr Erben um alle die Sa-
chen, die wir und unser vorgemelter Bruder mit einan-
der ze schaffen heten, bis auf den hütigen tag also, datz wir
und unser lieber Bruder, einen liepl. Zuwurff gethan ha-
ben, an dem Rin über alle und ze Beyern, ze Oesterreich
und ze Schwaben und swa wir Erben haben an Leuten und
an Guten, Herscheff und swelicherley gutetz sei chlein oder
gross, Lehen oder Eigen, besucht oder unbesucht, also
dass wir gemahnlichen mit an ander besitzen, haben und
nitztzen fulln und in unser Herrschaft beleiben, und mit
an ander leihen und geben, et quae porro insequuntur.

§. II.

Ponit primum consortes sine discrimine subiectionis.

Ponimus ergo in hac causa consortes, qui bona ex
 divisione separatim hucusque ab alterutrius rationibus pos-
 sessa in communionem denuo conferant, nec refert pro-
 prie hoc loco, vtrum sine intermedio Caesari et imperio
 pareant, an vero praeterea domino territoriali sint obnoxii.

Nam

c) in Cod. dipl. Palat. p. 80.

Nam et si non desunt, qui Nobilibus adeo imperii immediatis ius de fraternitate pacisendi, quod ad hanc nostram causam quamproxime accedit, ex priuilegio demum Caesarum tribuant, nosque ipsi paullo ante id consociationis genus ad familias illustres potissimum retulimus: ex infrequentia tamen rei inter priuatos nequaquam sequitur, ut nihil iis eius generis licet, estque etiam illa de Nobilibus imperii opinio exinde tantum orta, quod, quas debebant inter illustres huius generis pactiones ex libertate naturali repetere, eas a superioritate territoriali ducerent. Vnde cum Nobiles ea quammaxime destitutos, at nihil tamen secius eiusmodi pactis abundare viderent, ad priuilegia Caesarum necessario configiendum sibi rati sunt. Enim uero et ignoramus priuilegia Caesarum eiusmodi, et si quae forte habentur, impetrata sunt haut dubie solius securitatis causa, neque noui quidquam tribuere, sed, quam antiquissima ciuitatis nostrae formula de rebus domesticis priuatisque pro arbitrio statuendi secum fert libertatem, in tuto planoque collocarunt. Atque haec quidem autonoma iuris domestici cum ad omnes omnino ingenui homines pertineat, intelligi profecto d) non potest, quomodo tandem mediatis hac bonorum consociatione interdictum sit, sed est potius de communi saltim iure cum ipsis pactis successoriis, quae post complures aliquos egregie iis nuper denuo vindicauit Ampl. RVDLOFIVS e), illius quoque rei facultas tribuenda, praesertim cum ipsae illiae prouinciales leges, quae nonnumquam, vti in Bau-

A 2 ria

d) v. HEBESTREITIUS in vindictis veri valoris pactorum successoriorum §. 57.

e) de pactis successoriis illustrium et nobilium Germaniae c.I. §. 6, sqq.

ria f) Saxoniae electorali g) interuentum domini fraudis auertendae causa desiderant, non quidem contra credidores extraneosque, sed inter pacientes tamen ipsos vim iis propriam relinquant, atque in Hassia adeo nostra, vbi ceteroquin pacta successoria priuatim inire haut licet, Diuos olim Fratres h) saltem inter militares eiusmodi priuatas constitutiones planis verbis ratis facturos fuisse constet. Si qua forte enim alia inter mediatos adhuc requiritur auctoritas publica, ea etiam ab immediatis non est aliena, pendetque fere a rebus soli, quarum dominia inter viuos inscio magistratu in alios transferre non licet, neque adeo potestatem consociandi, quam ipse quidem STRYKIVS i) ab hac causa diligenter segregauit, deum tribuit, sed potius confirmat, quae inter partes acta sunt. Vnde etiam ne exempla rei desint, An. CIOICXLIV. a Wazdorfiis in pacis familiae k) ad prime hanc in causam simpliciter scriptum legitur: *wir bekennen, daß wir uns mit gehaltenen Rath und wohlbedachten Muth mit einander verbrüdert und alle unsere Lehengüter im Voigtliland, im Land ze Duringen, in den Graffschafften Mansfelt und Stollberg, vnd im Land zu Sachßen zusammengesetz etc.* possisque, si lectio sit ostentanda, plura habere, quibus facile efficias, ne nomen quidem, quod cum aliis saltem putabat HORNIUS l), a mediatis esse alienum.

§. III.

f) v. L. B. DE KREITMAYR ad Cod. ciu. Bau. To. III p. 703. sqq.
g) per O P. R. ad tit. XLV §. 7.
h) in Proi. ap. GEISSION in Corp. iur. p. 487.
i) de succ. ab intest. Diff. VII. c.

7. §. 18.

k) ap. WAZDORFIVM de flamtis et iudiciis gentilitis nobilium mediatorum in Germania p. 40.

l) in Iurispr. feud. c. XVI. §. 22.

§. III.

Deinde vero bona principaliter diuisa.

Sed praeterea in genere requiritur, vt bona, quae in hanc consociationem veniant, vno olim patrimonio comprehensa, ita vero deinceps diuulsa fuerint, vt sublata rerum summa quaque pars per se seorsim pari causa subsisteret, et quod QVINTVS Mvcius m) ait, totum esset. Constat hanc esse notionem diuisionis principalis, quae ex aduerso consociationis (Zusammensetzung) a maioribus in primis dicta fuit *Entzweysetzung*, vti quidem in primis An. cccccxxviii. Brunsvicenses apud ERATHVM n) scribunt: alle desse vorgeschrrevene Stück vnd Articull der Entzweysettinge vnd Delinge vnse Lande vnd Lide heben wy gesatt, aut in Marchia Bredouii aliquoties An. cccccclxiii, et An. ccccccli. apud GERKENIUM o) impetrarunt, dat si ore Kost unde ore Gut mogē entzweysetten und deylen, und auch algereyte getült unde von eynander gesat hebben. Iam illa cum diuisio sine aequali modo partium esse possit, facile adparet, etiam hoc loco perinde esse, vtrum aequales sint consociantium opes, an vero minus, sed redire omnia ad arbitrium paciscentium. Vnde etiam non arbitramur absolute desiderari diuisionem, quam auctore VLPIANO p) per modum permutationis fieri dicunt, sed eam quoque admittimus, quae vicem emtionis q) obtinet. Nam et si inter coheredes demum, qui proprie dicuntur, pretium succedit in locum rei, eiusque iure cen-

A 3 fetur,

m) l. 25, §. 1. D. de V. S.
n) von den im Durchl. Braunschweig-
Luneb. Haiffe getroffenen Erbtheil, p. 45.
o) in Cod. dipl. Brand. To. II. p.

562. et in den verm. Abhandl. To. I. p.

62.

p) l. 20 §. 3. D. fam. ercise,

q) l. 1. C. comm. vtr. ind.

6

setur, nihil tamen impedit, quominus etiam ex aliis diuisionum formis consociantes pretio eam vim tribuere possint, cum per se semper, quamquam non eadem ubique r) cauilla et vi, pretium sit subrogatum rei, atque in ipsa adeo diuisione feudorum uno rem, altero pretium fortiente sae- pendit, fieri soleat, vt, quo minus de qualitate partis dubitetur, pretio lex feudal is dicatur, ne quid de aliis eius generis institutis commemoremus, quae proprie quondam s) post B A V E R U M t) aliosque plures excussimus. Nam quas illustris S E G E R V S contraria in partem constituit v) rei cauillas, eae, licet summum ingenii acumen maxima que do-ctrinae copias prodant, aegre tamen in hoc institutum uni- uerse cadunt. Sed hoc alio forte tempore ad magistrum ipsum pro ea, quae viro optimo debetur, obseruantia gratissimi- que animi voluntate ex instituto disputabitur. Quod si sig- tur ab initio statim euicunque pretio ex diuisione iura parti- sis ipsius tribui possunt, sine dubio hoc etiam licebit in con- sociatione, quae a voluntate paciscentium omnis pendet, nec defunt etiam exempla rei, quorum mentio in sequenti- tibus iniicitur. Patebit autem, vt hoc paucis adhuc prae- moneamus, ex his ipsis, nos ad hanc bonorum consociatio- nem incundam ponere quidem communionem, quae ante diuisionem olim fuerit, neque eam vero solam, in quam iure hereditario confortes venerint, sed omnem omnino, in quam ex quacumque ii causa pro indiuisio incidentur.

§. IV.

v) DRE YER VS de restricta facul-
tate alienandi bona hereditaria ad mo-
bilia hereditaria non pertinente p. 58.

s) in Disp. de pecunia in feudo con-
stituta §. 5. 1qq.

t) in Prol. de prelio in locum inue-
titurae simultaneae succedente p. 6. sqq.

v) in Quaest. forensibus obs. IV. p.
12. 1qq.

§. IV.

Tandem condominium iuris Germanici.

Vltimo enim tandem loco per se porro adparet, non sufficere quamcumque communionem rei, sed desiderari eam, quae est pro indiuiso aut in solidum potius. Hennebergici eleganter hanc An. ccccclxv. in consociatione apud HOENNIVM u) describunt: *auch soll unser Ding alles ein Ding seyn an allen Sachen, similiterque An. cccccxv.* Brunsvicenses apud ERATHVM w) hanc in caussam ita consociantur, *det alle vse Lande vnde Lüde, de my rede (f. leg. bede) hebben vnde an vns noch kommen mögen, vnse vnd vnsere Eruen semtlichen tho ewigen Tyden wesen vnde blyuen schüllen.* Lubet enim his exemplis maxime declarare naturam rei, quae ex iure nostro tota peti debet. Nam quod SENKENBERGIVS x) simile sibi quidquam inter Romanos quoque in societate liberalitatis imperatoriae y) reperisse videtur, id miramur fere, quomodo exciderit viro magno, qui satis sciret, successionem consortis z) non diutius habuisse locum, quam pars donata reliquis defuncti bonis nondum adeorporata esset. Ex quo oppido conficitur, etiam eiusmodi societatem liberalitatis principalis semper intelligi debere pro parte, nec condominium in solidum, sed consortium tantum aliquod partium tribuere. Illud enim Romanis cum natura rei adeo pugnare videtur, planisque aiunt verbis TRYPHONINV S a) et

u) in Hist. Coburg. lib. II. p. 83.

w) loc. cit. p. 33.

x) de condominio c. II. § 23.

y) l. vn. C. si imp. liber. soc.

z) v. GOTHOFREDVS ad Cod. Theod. X. 14. To. III. p. 497.

a) l. 19. §. 3. D. de castr. pec.

et CELSVS b) vniuersitatis rei dominium penes plures in solidum esse non posse. Vnde, quam Romani nonnumquam commemorant communionem rei pro indiuiso, ea semper intelligi debet pro partibus indiuisis, quas HOTOMANNVS c) vocat, h. e. non discretis certoue definitis, neque vero trahenda est ad totum, aut quod Graeci d) in primis apte dicunt, εἰς διάστασεν, vt, quod meum sit, idem etiam sit tuum, quae sententia vni iuri Germanico debetur. Ex hoc enim, quod ne compositionem quidem in solidum cum PROCVLO e) repudiat, sed, qualiscumque sit generis f), quammaxime amplectitur, dubium plane non habet, quin eiusdem rei duo plurem possint esse domini in solidum, disertisque adeo verbis Ivs CAESAREVM g), quae ad vnum pertinent, eadem ad alterum quoque in hac causa referunt. Quod ipsum ne quis forte ob commemorationem partium contra nos urget, facile adparet intelligendum esse de partibus, in quas per diuisionem res scinduntur. Nam possunt quidem ex hac dominii multiplicatione singuli ius in solidum habere, ceterum vero per se intelligitur, pro simplicitate Germanica omnisque iuris formularii odio semper singulos id usurpare pro rata, adeo vt, vbi ad diuisionem

b) l. 5. §. 15 D. comm.

c) in Quaest. illustr. qu. XIX. p. 154.

d) in Basili. XIII. 1. ap. FABROT. TVM To. II. p. 72. et L. 2. ap. MEERMANNVM in Thef. To. V. p. 41.

e) l. 3. §. 5. D. de acquir. poss.

f) Sunt quidem, qui cum VOETIO ad Dig. XLI, 2, 5. ac VINNIO Quaest. fel. II, 36. compositionem diversi generis Romanis quoque placuisse dicant. Sed rectius nobis CVIACIVS Obsr. IX, 32. ex illo quidem iure omnem improbat, si possessionem quidem a detentione mada discernas, quod vertique fieri debere in primis prescrivit docet, quod modo possideri, modo non possideri dicitur l. II. §. 12. D. quod vi aut clam l. 6. §. 2. D. de prec. de q. I. v. AVERRANIVS Interpp. iur. IV, 22, 19.

g) lib. II. cap. 94.

nem veniatur, quisque non auferat totum, sed partem vis-
rilem. Docet igitur haec ipsa partium aequalitas, dum in
communione maneant consortes, ius cuiusque esse in solidum,
intelligiturque hoc potissimum exemplo coinventitorum,
qui ex ipsa illa soliditate iuris de regula in capita
succedunt, eti ceteroquin hoc quoque exemplo constat,
non esse omne condominium eiusdem generis, sed dari di-
uersas eius formas, quae cum ad sequentem disputationem
faciant, in principiis hoc loco ponendae sunt.

§. V.

Diuersa ergo a collatione et communicatione bonorum.

His igitur ita constitutis non difficile erit ad intelligen-
dum, quibus modis rebusque a communicatione et collatio-
ne bonorum consociatio differat. Sane redintegrat collatio
patrimonium, efficitque, ut par sit conferentium causa.
Nam licet olim Saxones h) in primis, posteaquam liberos
separatos contra patrios mores ex iure Romano ad conferen-
dum admittere coeperant, rebus mobilibus eam circum-
scripsisse videantur, sat tamen cito res ad omne genus bono-
rum fuit propagata, adeo, ut, quod etiam in ipsis rerum
argumentis i) breui post habetur, I. P. A. k) planis eam
verbis etiam in rebus soli permitteret, Ordoque iudicarius
iuris prouincialis l) ne eos quidem, qui renunciassent, pla-
ne repelleret, nisi abdicatio in iure facta esset. Sed collatio
tamen illa semper pertinet ad redintegrandum patrimonium
parentum magis, quam coheredum, nec tam sit ad conser-
vandam

B uandam

h) v. SPEC. SAX. lib. I. art. 13.
i) vt in tractatu sponsalitio de An.
1356. ap. GUDENUM in Cod. dipl.

To. II. p. 1136.

k) c. CCLXXXV. §. 2. Ed. SENK.
l) c. XX. ap. SENKENB.

uāndam vnitatem patrimonii, quam potius ad diuisionem ex collatione inter partiarios recte instituēdam, caute ergo distingueñda ab hac bonorum consociatione, quām saepenumero maiores pro negligētia eorum in scribendo collationem quoque dixerunt. Contra, qui communicant bona, ii quidem per se in consortio eorum indiuisim permanent, dicunturque adeo diffīcili valde formula, quam praeter REINHARDVM m) egregie in primis HALTAVSSIVS n) explanauit, im Theile *Gemeinschaft und Erbschaft sitzen*, aut *Theil und Gemein an den Gütern haben*, quac omnia etiam de consociantibus non raro dicuntur faciuntque egredie ad explicandum locum iuris Caesarei supra (§. IV.) laudatum. Enimuero non vtrimeque semper, quod ad consociationem opus est, bona communicantur, sed saepenumero o) factum, vt ab alio quidquam in communionem recipetur, nec vicissim tamen quidquam conferret. Ex hoc quidem genere est potissimum, quod An. ccccxxxiiii. Hohenstenii apud HEIDENREICHIVM p) scribunt: *so haben wir - vor uns und alle unsere Leibes-Lehns-Erben zu Hauffe gesetzet und gesamlet - zu dem Edlen unsern lieben Ohemen Grafen Bothen von Stollbergck - und zu Grafen Heinrichen von Schwarzburgck - und zu oeren Leibs-Lehns-Erben mit diesen nashgeschrebin unsin Schlossin Stedten Zugehoerunge, Land und Leute - in solcher Masse, wenn f. ner) eins, dass wir ohne Leibes Lehns Erben von Todeswegen abgingen, dass denn die genanten Schloss- us die genante*

m) in der Gemeinschaft als einem mah-
ten Grunde der Erbfolge und dem einzigen
Grunde der Lehnsfolge der Seiten-
verwandten p. 272.

n) in Gleßf. for. Germ. sub v. Theil.

o) v. SEPIVS de successione Ger-
manica pacifia hanc reciproca §. 7. sqq.

p) in der Gesch. des Hauses Schwarz-
burg p. 136.

genante unsse Ohemen und us ötre Leibes Lehns Erben sol-
ten sämtl. gefallen. Factum hoc olim in primis in feudis
ad impetrandam inuestituram simultaneam, scribitque adeo,
ne aliorum exemplis vtatur, An. ccccclxv. Carolus
IV. Imp. in diplomate apud GUDENVM q): darumb so
haben wir denselben Dyther vnd sins Lehens Erben gelassen
kommen in Gemeinschaft solches Burglebens vnd solicker
Manlehen die von Vns vnd dem heyligen Rich ruren-
vnd die Claus von Scharpenstein innehat zu dirre zyt vnd
besitzet, also daz sie bede sämentlich vnd in Gemeinschaft
die Burglehen vnd Manlehen ir Lebtage sollen halten, be-
sitzen- vnd geschehe, dass ir einer abeginge ane Lehens-
Erben, so sollen der ander vnd sine Lehens Erben die obge-
nannten Burglehen vnd Manlehen mit allen Rechten halten
vnd besitzen, als die egenanten Claus vnd Dyther dieselben
empfangen hant vnd in Gemeinschaft halten vnd besitzen.
Eiusque generis plura exempla habet SCHILTERVS r).
Deinde autem si mutua etiam est bonorum communicatio,
hoc tamen semper superest discriminis a consociatione, vt
per hanc bona ex separatione aut diuisione superiore in
vnum redeant, illa vero ineat inter extraneos quoscum-
que, et qui nihil vimquam communie habuerunt, ne dicam-
mus, illam, vt ab exemplo coniugum, qui pariter commu-
nicare bona (sämtlich, sämentlich s) machen,) dicuntur,
facile constat, ipso etiam iure sine interuentu facti singularis
fieri posse, hanc contra absque interuentu eiusmodi facti
non intelligi.

B 2

§. VI.

q) in Cod. dipl. To. V. p. 631.

r) de inuest. simili. Princ. imp. c. II.
§. 4. p. 337. sqq. Cod. iur. feud.s) vii in dipl. Rhingrauico ap. SEN-
KENBERGIVM in Prodr. iur. feud.
p. 146.

§. VI.

Itemque a consolidatione et redintegratione bonorum.

Multo autem facilius consociatio bonorum dignoscetur a consolidatione, et si utraque confusione quadam rei diuisae constat, quo nomine consolidatio in primis a PAVLLO t) et VENULEIO v) in iure dicitur. Per hanc enim vniuersitate sumtam cum secundum verba eiusdem PAVLLI w) ius solidum ex separatione ad unum recidat, oppido patet, eiusmodi coniunctionem iuris diuisi non pertinere ad consociationem, quae fit inter plures, adeo, ut, quae ex diuisione hucusque separatim tenuerunt bona, ea in posterum coniunctim et indiuisim habeant. Similiterque facile est redintegrationem bonorum, quamquam pariter ad instauracionem patrimonii reddit, tamen re, personis ac modo a confociatione secernere. Nam primum omnium redintegratio illa bonorum nascitur quidem ex diuisione, sed alius plane formae, quam quae ad consociandum supra (§. III.) posita est, nempe diuersi generis atque ita comparatam, ut non adficerit vniuersitatem rei, sed reliquerit potius x) rem principalem, cuius pars tantum aliqua aut pertinentia, quam vocant, ex separatione ad aliud venerit, atque ad illam dein y) reuocetur. Ex quo porro etiam alterum illud personarum discrimen facile agnoscitur, cum per hanc rationem adeo redintegratio non solum fiat ab uno, sed etiam contra inuitum instituatur maxime ex legibus,

quas

t) l. 27. D. quibus modis usfructus.

v) l. 4. D. usfructarius quemadmodum.

w) l. 9. §. 2. D. de aqua et aquae plantiae ascendae.

x) v. HANACCIVS de praediis principaliiter diuisis iure congrui non retrahendis §. 7. fqq.

y) v. DEC. SVPR. TRIE, Tc, II, p. 440.

quas nunc quidem de reuniendis pertinentiis in plerisque prouinciis Germaniae, habemus per modum vindicationis²⁾, adeo ut, quod nunc non disputamus, ex pactis multi reuocationes eius generis plane nolint concedere, quae omnia in consociationibus secus habere liquet.

§. VII.

Initur pactis et conuentionibus.

Has enim iam aliquoties diximus pactis et conuentionibus constare, quocumque demum modo ineantur. Dubium quidem non habet, quin tam expresse, quam tacite fieri possint, imo vero habetur exemplorum vtriusque formae ingens copia, ut, quod WALCHIUS a) adeo V. A. de infrequentia conuentionis expressae admonuit, ad receptionem extraneorum in communionem potius, quam ad hanc nostram consociationem bonorum diuisorum pertineat. Est tamen in sacro genere in primis ob uniones hereditarias magnopere caendum, ne ad bonorum statim consociationem inter propinquos a quolibet necessitudinis exemplo concludas, sed ab iis demum rebus eam amplectaris, quae ad bona ipsa pertinent, v. c. a retrahit et quae alia sunt eius generis. Ceterum vtrumque genus reddit semper ad dispositionem inter viuos, et si ceteroquin haut raro evenit, ut vis passionis ipsa a morte alterutrius consociantium suspendatur ac verba adeo testamentaria in consociando usurpentur. Ita quidem, ut exemplo res constet, An.

B 3

CIOCCCLVI.

2) Neque enim retrahenti cum LEYSERO Spec. C. med. I. ipsam rei vindicationem, quae proprie dicitur, tribuimus, sed actionem tantum realem,

quae late vindicatio vocatur.

a) de condominio successionis fundamento in Germania §. 15.

c*ccc*clvi. Rudolfi Badenses in diplomate apud SCHOLPP-
 LINVM b) significant: *das Wür mit wohlbedachtem mut-
 vnd mit Rathe vnnser Freunde alle vnnser Landt, Leute,
 Stete vnd Burge, wie man das genennen mag, Die wir
 jetzundt haben oder hernach gewinnen möchten, an ein-
 ander vermacht haben, vnnd ver machen an diesem gegen-
 wärtigen Briefe, Aljo Bescheidenlichen, Wer es das vnnser
 Einer ohne Leibes Lehen erben abgienge, So soll der Annder
 sein Landt vnnd seine Herrschaft Erben, in aller der mase,
 Alls sie der abgängen innen gehabt hat, quod sine dubio
 de eiusmodi consociatione intelligi debet.* Illud enim vo-
 cabulum *ver machen*, quod nunc vt plurimum de legatis
 dicitur hominumque forensium circulos saepenumero turbat,
 non raro quondam de padis successoris, ad quae hoc
 consociationis negotium quam maxime pertinet, occurrere
 constat, scribitque adeo ad prime hunc in modum Fridericus
 Austriacus non modo An. c*ccc*xxxi. in diplomate apud
 HERRGOTTVM c): *das fur vns kommen Graf Johannes
 von Habsburg an einen theill vnd Graf Wernher von Hom-
 berg — vnd hant gemachet einer dem andern alle die Lehen,
 die sy hant von vns vnd dem Riche, sed etiam An. c*ccc*xv.
 de eodem negotio d). adhuc euidentius: Wernherus Comes
 de Homberg et Johannes Comes de Habsburg — cupientes
 iidem Nobiles bona et recta intentione propter idem pitatem
 sanguinis, cum fratres vterini existant, vt vnius bona ad
 alterum ex ipsis debeant peruenire, — omnia talia feuda,
 quae a nobis et Imperio dicti Comites tenent et possident,*
 acce-

b) in Historia Zaringo Badensi To. V.
 p. 450.

c) in Gener. Habfb. To. III. p. 616.
 d) ap. EVMDEM ib. p. 609.

accedente ad hoc nostro consensu et auctoritate expressis
 per manus nostras regales unus alteri pepigit ac legauit,
 quod vulgariter dicitur ein Gemaechde. Similiterque An.
 c*ccccc*x*cxi*, Stephani sibulati Ducis Bauariae filii e p*a*c*t*i
 leguntur: daß wir vnn*b* all drey für vnn*b* vnd vn*s*er Erben,
 vnd Nachkommen mit vn*s*ern aigenen Lannden vnd Thei-
 len zu Ober vnd Niederbauern, brüderlich vnd freundlich
 zu einander vermacht vnd verbunden haben ac porro: daß
 wir vn*s*ers Land zu Ober vnd Nieder Baiern mitt erbschaft
 auseinander vermacht haben, vnd ver machen auch mit dem
 gegenwärtigen Brief in solcher maß, ob vn*s*er einer oder
 mehr von Todts wegen abging — und nicht ehelich Suen
 ließ, so sollen die andern under Vn*b* oder Jr erben, das ehe-
 lich Sohn weren, desselben der da abgegangen war, Landt
 und Leuth Vest vnd Schloß; als wir die Izung mit einander
 getheilt haben, oder die er nach der Theilung gewonnen,
 oder in sein Gewalt bracht, gleich erben mit aller ir Zu-
 gehörungen. Vsum hoc habebit in primis tum, cum de
 poenitentia consociantium agitur, vt quea, nisi mutua est,
 vim adimere nequit negotio, quod per se pacis continetur.

§. VIII.

Interueniente licet nonnumquam testamento et inuestitura.

Neque enim hoc loco consociationem bonorum ex legi-
 bus, vt inter Electores, aut priuilegiis Caesarum magis
 procuramus, quam quea fit testamentis nonnumquam aut pro-
 hibenda diuisione, aut praestruenda successione, vt cum
 Iacobus Badensis An. c*ccccc*x*ciii*. bona testamento inter
 filios

we ap. du MONT dans le Corps diplom. T*o*. II. P*r*. 2. p. 234. 494.

filios trifariam diuisisset, ea deinceps eodem testamento f) iterum sic consociasse legitur, ut exstinctis reliquae familiae succederent. Namque huic generi subest potius diuiso quaedam circumscripta, quam consociatio, quae ex diuisione vltro initur, et si alioquin id exemplum hoc habet singulare, quod filii in antecessum voluntatem patris, antequam erat condita, propriis codicillis secuturos se spondarent, et quod ille iussurus esset, tamquam a semetipsis factum scriptumque iudicaturos promitterent, id quod sane refert speciem consociationis pactitiae, sed ex testamento patris necessario initae. Dubitari enim nequit, testamento hanc legem heredibus scribi posse, vt, quae ex diuisione seorsim habeant bona, ea conscient, sed sequitur hoc ex natura rei, comprobaturque multis exemplis, quemadmodum quidem, vt hoc vno vtamur, Eglofstenii, quae gens est Franconiae admodum nobilis, ex testamentis in primis aliquot eiusmodi consociationem bonorum inierunt, sanctissimeque adeo An. cccc. lxxvii. confirmarunt pactis familiae, quae in fine libelli proponere animus est ad demonstrandum errorem Kyri LINGERI g), qui secutis deinde multis aliis h) id eorum institutum ex solo testamento repetiit. Sed quaecumque demum subfit cauſa, per se tamen negotium est pactium, et plerumque quidem eiusmodi, quod solo consensu perficiatur. Praeterita tamen aetate non raro factum est, vt consociantes mutuo se de bonis inuestirent. Cuius generis egregium aliquod exemplum in rebus Geroldsecciorum occurrit, vbi quidem An. cccc. xcix. Henricus et Waltherus fratres post diuisionem i) scripsisse leguntur: *dass wir*

f) ap. SCHOEPFLINVM To. VI.
p. 275 seqq.

g) de ganerbiis castrorum Disc. XV,
n. 84.

h) in primis LYNKERO de ganer-
binibus p. 56.

i) in dem Urkunde Buche zu der Ge-
schichte des Hauses Geroldsek p. 40, seqq.

wir — vntz geschlichtet vnnd gerichtet, also daß vnser Lehen alle die wir handt, sollen belieben vnnd soll vnser jediwedere dem andern vnd seinen Lehens-Erben seine Lehen liehen, vnnd soll sie von ihme empfahen, vnnd sein Mann darumbe sein vnnd wo dere verstirbet ohne Lehenserben, so soll der andere die Lehen alle allein han. Wir sollent auch vnser Eigen vnnd vnser Erbe, einander leydickliche (f. leyhen) zu rechter Gaben vnwiderrhunliche, — daß vnser jediwedere das Eygen, vnnd das Erbe, das ihme geben würdt, dem andern, vnnd sinen Lehens-Erben liehen soll, zu einem rechten Erbe, vmb ein Pfundt Pfenninge Zinses, jerliche zu geben, zu einem Urkhundt, daß das Gutt sin sey, vnnd daß er es von ihme zu einem Erbe habe — Vnnd daß diese Scheidunge — ganz belybe vnnd stette sy ewigliche, so gyb ich Heinrich der vorgenante Here von Geroltzeck, vnd hann gegeben zu rechter Gaabe vnwiderrhunliche, lydickliche vnnd mit alle, Walther minem Bruder — vnnd sinnes Libes Erben vnbewungenliche vnd mit guttem Willen von miner Handt in sine Handt, all das Eygen vnnd alles das Erbe, das ich han, es sy zu Lahre an der Burge vnnd an der Statt, an Leuten vnnd an Gutte, vnnd anders mehr, wo es gelegen ist, vnnd han auch alles Eygen vnnd das Erbe, das ich hatte von ihme empfangen, vmb einen Zins — den soll ich ihm jerlichs geben zu Sanct Martins Meß zu einer Vrhunde, daß ich alles das Eygen vnnd das Erbe von ihm habe zu einem rechten Erbe, vnnd daß die Eigenschaft des Gottes sein sy. Ich lyhe ihm auch, vnnd seinen Lehens Erben zu rechteme Lehene vnnd han geluhen alle die Lehen die ich hann — auch von miner Handt in sine Handt vnwiderrhunliche, lydickliche

liche vnnd vnbezwingenliche vnnd verjyhe das mit diesem gegenwertigen Briefe. Quibus verbis deinde Waltherus quoque frater erga Henricum de se vtitur , eiusque generis exempla plura REINHARDVS k) in familiis illustribus haberi scribit , quod plane non mirum. Redeunt enim haec ad communicationem possessionis , quam hoc modo maxime peragi consueisse iam pulcre vidit KOPPIVS l) olim noster. Vnde etiam An. ccccxxix. iudex prouincialis quidam Leutkirchenis Truchsessios , qui eundem in modum pactum aliquod (Ordnung und Gemach) inter se inierant , praefto fibi in iure fuisse scribit *) precatos : darume Urtail fraugen , und zum rechten zu setzen , ob und wie si das ihun sölten , und möchten , daß es recht wäre , und Kraft und Macht hette , jetzt und auch hirnach ; da frauget ich Landrichter vorgenannter Urtail um , do ward von den Richtern und Urtail-Sprechern mit recliter gesaumotter Urtail einhellentlich ertait und gesprochen , daß si das wol tun sölten , und möchten , also daß die obgenannten Her Jacob Truchsfäß und Eberhard und Jörg Truchsfäßen Gebrüder sich der vorgeschriften Stuck und Gutt , wie vor ist geschrieben , entzigen , mit Münten , und Händen gäbint in min des vorgenannten Lanrichters Hand , und ich us miner Hand in ir aller dryer Hände , daß hette wohl Kraft und Macht , und wäre recht , und do das also ertait ward zu tund , do vollvürten die vorgenannten Her Jacob Truchsfäß , und Eberhard und Jörg die Truchsfäßen Gebrüdere , daß alles wie Urtail und Recht brächt , und gaubent die vorgenannte Stuck und Gutt , mit aller zugehörde ,

k) in der Gesch. des Hauses Geroldse
§. I48. p. 86.

l) de testamentis Germanorum sub

dio conditis §. 5. p. 133 sqq.

*) ex libello quodam Truchsessiorum
in der N. STAATSC. To. XXX. p. 523.

hörde, und mit allen Pünften und Artikeln, wie vor ist geschrieben, und mit Worten entscheiden, mit Münden, und Händen in min des vorgenannten Lantrichters Hand, und jeglicher in des andern Hände, und ich uß miner Hand in ir aller dryer Hände mit allen Worten und Täten, wie es Kraft und Macht hant, und haben mag; Nun zemaul und auch hinnach in künftigen Ziten, lütterlich und ainvaltenlich ane alle Geverde.

§. IX.

Ad communionem vel solius proprietatis et possessionis ciuilis vel etiam possessionis naturalis et perceptionis fructuum.

Duplici quippe consilio id consociationum genus fieri solet, vel vt proprietatis tantum et possessionis ciuilis communio inde exsistat, vel vt pertineat etiam ad communionem possessionis naturalis fructuumque perceptionis. Iam illud quidem potissimum frequentatur, nouimusque adeo nostra tempestate inter Bauaros et Palatinos, postquam semel iterumque bona ex diuisione consociauerant, ad extrellum m) tandem An. c*1515*CCCLXXIV. conuenisse: daß das constitutum possessorum auf alle und jede in dem pacio mutuae successionis begriffene beyderseitige Lande und Besitzthümer zuförderst uns selber und hiernächst auch allen darinnen eingeschlossenen Haus-Agnaten reciproce und eventualiter jedoch dergestalten hiermit eingeräumet seyn solle, daß solches zwar contra quemcunque tertium die volle Wirkung einer Compossession nach sich ziehen, jedoch kein

C 2

paci-

m) in dem Zusammentrage der wichtigsten Vrkunden zu der Bayerischen Erbfolge To. II. p. 362 sqq.

paciscirender Theil dem andern annnoch bey sein oder sei-
 ner männlichen Descendenz Lebzeiten in dem freien exer-
 citio seiner Landeshoheits oder andern Gerechtsamen unter
 diesem Vorwand Einhalt erzeigen noch bis dahin einigen
 Gebrauch machen mag. Quapropter etiam praesumti debet
 in dubio ex natura rei. Ineuntur enim eiusmodi consocia-
 tiones potissimum ad institutionem et explanationem con-
 dominii, quod sine possessione naturali quidem esse potest,
 contra vero ciuilem semper secum fert, vt redissime adeo
 Badenses in paeto successorio, quo non consociaturi quidem
 bona, sed condominium potius vtriusque familiae in plano
 locaturi erant, An. ccccclxvi. n) scripserint: aus dem schon
 erwähnten Grundsätze, das unsere Fürstliche Stammlande
 niemal gäntzlich und dem Eigenthume nach, sondern nur
 in Ansehung der Regierung, Verwalt- und Benutzung
 seynd getheilet worden, folget, daß, so wie der Eigen-
 thum, also auch derjenige Besitz, den man zu Latein pos-
 sessionem ciuilem nennet, zu beyden Seiten in der ursprüng-
 lichen Gemeinschaft geblieben seynd. Wir der Marggraf-
 wollen dahero Unsers Herrn Vettern — Liebden in allen
 und jeden Unsern Landen — die gedachte compositionem
 ciuilem hiermit nicht allein auf das vollkommenste einge-
 stehen, sondern auch Einer von Uns beyden Fürsten dem
 andern den näheren Besitz, vermittelt der einem jeden
 Unserer Beyden in des andern Landen — einzunehmenden
 Huldigung übergeben und besätigen, auch hiernit verord-
 nen, daß auf gleiche Weise die sämmtliche Dienerschaft
 von dem Civil-State einschließlich der Jägerey, wie auch
 die gesammte Kriegs-Mannschaft verpflichtet werde etc.
 Cete-

b) in der N. STAATS-CANZLEY To. XX. p. 166 sqq.

Ceterum vero haec posteriora etiam ostendunt, pro arbitrio consociantium disparere vim compositionis illius ciuilis, multumque ei nonnumquam tribui, quod per se non complectatur, adeo ut An. c*19**cclxiii*. Hennebergici apud HOENNIVM o) paci reperiantur: daß wir alle unsere Erb und Gut, es sey Lehen, oder eigen oder fahrend Hab, Vesten, Städte, Gericht, Wildbahn, Wässer und Wäld, Land und Leute besucht und unbesucht, wie es genannt sey, ob der Erden und unter der Erden beyammen werßen machen und geben unser jeglicher dem andern ein in nützlich leiblich Gewehr in alle die Güter — also bescheidenlich ob unser einer abgieng — ohne Leibes Erben daß nicht Söhne da wären, so sollt es fürbaß gefallen auff den andern und auff seine Erben, und ist auch beredet worden, daß wir alle Huld besamentelich mit einander einnehmen sollen auf beyden Seiten und sollen die mit einander besetzen und entsetzen. Haec enim et quae porro scripta sunt, aperiunt vim possessionis, quae cuicunque tribuebatur, ostendunt que non esse, quam quis opinari inde possit, naturalem modo et forma, sed solo iure, quae inclinaret in speciem constituti possessorii, quod in hac causa non est infrequens. Vnde etiam aliis in causis circumspetio quaedam adhibenda est, cum reperiantur vicissim exempla, vbi planis adeo verbis saluo iure suo reliqui consociantium possessionem naturalem in unum solum conferant. Cuiusmodi aliquod in primis inter Wurtenbergicos habetur ex An. c*19**cccclxxxii*. in Transactione Munsingica, quod lubenter retulerimus, nisi fuerit copiosius. Sed habetur apud SATTLERVM p) tractatum

C 3

o) in Historia Coburgica P. II.
P. 83 sq.

p) in der Würtenb. Gesch. unter den
Graven To. IV. p. 108 sq.

tumque etiam fuit egregie, vt solet, ab HOFMANNO q)
 V. A. De cetero autem ipsam communionem possessionis
 plane naturalis induci hac ratione posse sat adparet ex codi-
 cillis Rudolfi, quibus sub initii libelli (§. I.) vñi sumus,
 tum etiam ex diplomatio Caroli IV. Imp. r^o, vbi quidem
 dat consenfum suum, vt Clukowitii omnia et singula bona
 ipsorum hereditaria mobilia et immobilia in vnum possent
 componere et indiuisi patruelles existere eaque cum eorundem
 prouentibus vtilibus et obuencionibus vniuersis insimul ac
 indiuisi tenere habere eisque vti frui et gaudere. Atque
 haec maxime sunt diuersae condominii formae, quas supra
 (§. IV.) indicauimus, caute admodum qualibet in caussa
 discernendae sic, vt complestantur vel omnia dominii iura,
 vel proprietatem solam et possessionem ciuilem, vel non
 naturalem quidem possessionem ipsam, attamen aliquam
 eius constitutionem.

§. X.

*Vel sic, vt per se sola in infinitum obliget, vel ita etiam,
 vt a singulis subinde succendentium sit comprobanda.*

Iam etsi dubium habere non potest, quin per se sola
 obliget eiusmodi pactio heredes consociantium, fieri tamen
 ad eludendas fraudes et calumnias saepenumero solet, vt, ne
 diuturnitate temporis per speciem inscientiae infirmetur vis
 consociationis, a successoribus subinde repetatur, cuiusmodi
 exempla a pactis confraternitatis maxime inter Hassos,
 Saxones et Brandenburgicos s) facile haberi possunt. Ac
 noui-

q) in Iure et Hist. Unionis territ.
 Wurt. Sect. I. §. 18. ap. WEGELINVM
 in Thes. Rer. Suev. To. III. p. 434 sqq.

r) ap. GLAFFAEVM in Anecd. p. 527.
 s) v. ESTOR in Electis iuriis publ.
 Hassiaci p. 200 sqq.

nouimus adeo, vbi ab initio statim heredibus haec lex sit
 dicta, vt intra certum quisque tempus in formulam conso-
 ciationis iuret fidemue obstringat. Hunc quidem in modum
 Rieppurii in primis An. 1510 LXXVII. pacto t) inter se
 constituerunt: damit sich auch niemandt vnserer Erben
 vnd Nachkommen Unwissenheit zu beklagen oder zu ent-
 schuldigen habe, so soll diese insere Erbordnung hinführo
 allwegen vnsern Kindern vnd Nachkommen Maennlichs vnd
 Weiblichs Geschlechts, so sie ihre 14 Jahr erraichen, von
 ihren Vätern, Brüdern, Vettern oder Vormündern für-
 gehalten, vnd ihnen volgends alle zwey Jahr, biß daß sie
 ihr vollkommen Alter erlangen, reijendlich fürgelesen vnd
 erklärert werden, vnd so oft es zum Erbfällen kombt, sollen
 die Erben bey Annemung der Erbschafften, allwegen bey
 ihren adenlichen Treuen Ehren vnd Glauben diese Erbai-
 nung zu halten versprechen vnd zusagen, aut Wiedani
 adeo An. 1510 CXIII. apud FISCHERVM v): Vnd damit
 diß alles vmb so viel steiffer vnder Ihren Gn. vnd Ihren
 Erben vnd Nachkommen mög gehalten werden, so ist fer-
 ners abgeredt, daß ein jeder gebohrner Graff zu Wiedt,
 sobald er sein achtzehendes Jahr erlanget haben wird, ge-
 halten seyn solle, dem ältesten des Stambs einen leiblichen
 Eyd, davon zu End dieses ein Form zu befinden, zu leisten,
 daß er sich dieser hierin beschekener Vergleichung vnd
 Verordnung die Zeit seines Lebens gemäß verhalten soll
 und wolle. Were es aber sach, daß etwa dem einen oder
 dem andern eher vnd bevor er den eydt darauff geleistet,

die

t) ap. LVNIGIVM in dem T. R. A.
 Part. Spec. Cont. III. abth. VII. (Vol.
 XII.) p. 313.

v) in den Urkunden zum Geschlechters-
 Register der Reichs - Gräflichen Häusser
 Jenburg, Wied und Runkel p. 300.

die land vnd leuth durch den Todtsfall seiner Eltern anfallen würde, so soll derselbe zur Succession, wie ingleichen, da er noch bey seinen minderjahren wäre, dessen verordnete Vormundt zur Administration vnd Regierung eher nit, biß daß Er oder Sie den Eydt würcklichen geleistet, zugelassen werden, ne quid dicamus de recentissimo Schenkiorum pacto, cuius formulam, quod multis libelli nostri capitibus lucem adfundit, beniuole et humaniter nobiscum communicatam in fine edemus. Neque in his semper res subsistit, sed habemus adeo exempla, vbi tam seuere hoc sit constitutum, vt iactura iuris ipsius neglectum insequatur, vti ex eodem, cuius mentionem supra (§. VIII.) iniecimus, Eglofsteniorum pacto adparet, vbi quidem inter alia constitutum legitur: *welcher von Egloffstein laut Doctor Leonhardts Testament seines Alters im Dreyzehnnden oder Vierzehnnden Jahr durch den Obmann und Castner gefordert vnd in r̄scher Verschreibung nit kommt oder siegeln weit, der soll nachfolgends nimmermehr zugelassen werden, auch sich aller Hülff von den beider Testamenten als Doctor Leonhards seelig vnd Claussens seelig verzeihen vnd enteufsern, also daß er oder seine Erben nimmermehr keine Hülff oder Gemeinschaft bey den andern Vettern haben soll.* Quod adprime conuenit tum naturae rei, cuius modus semper tenendus est, tum etiam mori maiorum, quibus quidem nihil magis vulgatum vsu, quam vt poenam commissi negotiis adiicerent, constatque etiam exemplis, in primis Hohenloicis u), sancte haec Imperatores seruari velle.

§. XI.

u) v. HANSELMANNVS in dem Landesk. vor dem sog. großen interregno Beweisse, daß dem Hause Hohenlohe die zugestanden p. 161 lqq.

§. XI.

*De bonis tum singulis tum vniuersis, praesentibus et futuris,
mobilibus et immobilibus, allodialibus et feudalibus.*

Venire autem in consociationem solent bona non modo singula, sed etiam vniuersa. Ac singulorum in primis exempla occurunt in feudis, sic ut consocietur vel quidquid est feudorum, vel pars tantum aliqua eorum. Ex quo genere est, quod An. ccccxl. ex rebus Schwarzburgicis, quamquam turbas post ac lites mouit, KAMMERMEISTERVS W) commemorat: *Grave Heinrich von Schwarzburg vnd Graf Gunter von Schwarzburg hatten sich zusammen geworffen mit eczlichen Jhrenn Schloßen — also welcher eher abginge von thodes wegen ahne Lebes Lehens Erbin, so sulde des andern Schloß mit seiner Zugehörunge an den, der am Leben blebe, kommen und gefallen.* Sed quam saepissime etiam consociantur vniuersa bona. Quod si factum fuerit, sat intelligi etiam videntur incrementa et lucra cuiusque, quatenus quidem in communicationem venire possunt. Oppido enim intelligitur, quae pro se quisque adquirat feuda, ea in uito domino huic trahi non licere, planeque adeo hanc in caussam scripserunt Wazdorffii x): *würden wir oder unser Nachkommen durch fleißige Dienste Gnade Lehn erlangen oder verdienen, darin soll auch ein jeder fleiß haben seine vettern und Mitbeliebte daran in gesamte Lehen zu bringen.* Ceterum vero, nisi conditio bonorum obstat, ex natura vniuersitatis consequens videtur, ut quod vni consortum, idem

D

w) ap. MENKENIVM To. III.

Ser. Rer. Germ. p. 1199.

x) ap. WAZDORFIVM I. c. p. 4.

55.

idem alteri ad crescat, neque adeo ex partis conuentis, sed ipsa rei indole repetendum putamus, quod nonnumquam de bonis etiam futuris consociandis plane inter confortes constituitur, vti v. c. in prima statim confraternitate Saxonum et Hassorum apud MULLERVM y), aliique exemplis, quae ad vniuersitatem omnium bonorum redeunt, sic ut haut raro res quoque mobiles comprehendantur. Nolumus attingere transactionem Munsingicam inter Wurtenbergicos, cuius supra (§. IX.) meminimus. Sed eodem loco commemorauimus Carolum IV. Imp. dedisse hoc Clukowitiis, ut omnia et singula bona ipsorum hereditaria mobilia et immobilia in unum possent componere, similiterque inde Hennebergicos constat consociasse alle ihre Erb und Gut, es sey Lehen oder Eigen oder fahrend Hab. Neque enim dubium habet, quin consociationi subiecta esse possint bona tum feudalia tum allodialia, etsi propriis de caussis, quae infra attingentur, feudorum maxime consociationes frequentantur in primis praeterita aetate, qua manu potius et armis, quam iure et legibus in rebus gerendis vti solebant.

§. XII.

*Acedente suo modo in allodiis consensu agnatorum
et auctoritate publica.*

Atque allodiorum quidem communis generis et quae nunc vulgo dicuntur, consociationem facile constat ad arbitrium paciscentium redire. E contrario autem, ubi sunt ex genere auctio, et quae proprie sic vocantur, consociari nequeunt praeteritis inuitisque agnatis, quibus ius est suc-

y) in dem Reichstagstheatro unter Kayf. Maxim. I. Vorst. II. p. 566 sq.

cedendi ex pacto et prouidentia maiorum, quod inuitio adimi non potest. At vero tollitur aut imminuitur saltem huius generis conuentione, qua contra voluntatem auctoris bona cum extraneis communicantur. Loquimur enim de bonis auitis singularum familiarum, quae ex diuisione quondam perfecta tuis quisque posteris ita reliquit, ut, quamdiu perduraret familia, penes eam manerent, ad extremum vero intereunte familia liberae vltimi dispositioni subessent. Sed oritur hoc loco alia eaque multo implicatior quaestio, an priuatim allodia consociare liceat. Quod plerique quidem cum K N I P S C H I L D O Z aiunt, nos autem ita potius temperandum esse existimamus, vt ante omnia res mobiles immobilesque seungamus, atque illas quidem, quomodocumque demum separatae olim fuerint, pro arbitrio consociari posse putemus, dein vero, quantum ad immobiles attinet, facto diuisionis perfectae et imperfectae discrimine, quod paullo post adcuratius executietur, eas quidem, quae imperfecte quondam diuise sunt, priuatim in commune rursus conferri posse dicamus, contra ad consociationem earum, quarum perfecta diuisio facta est, auctoritatem publicam desideremus. Atque inde potissimum explicare solemus codicillos illos a Carolo IV. Imp. Clukowitiis ad componendu bona hereditaria tributos. Facile ergo adparet, id nos non ducere a successione legitima, quam ad demonstrandam necessitatem auctoritatis publicae in pactis successoris H O M M E L I V S V. A. a) inscio inuitoque Imperatore aut Principe pactis priuatorum mutari posse negat. Id enim egregie velimus scire, quomodo probari possit moribus nostris, quibus quidem extra omnem dubitationem

D 2 pos-

a) in Rhaps. obs. DCXXXVIII, p. 1384.

z) de Nobil. III, II, 32.

positum est, maiores omni tempore successionem pactis potius et priuatis constitutionibus, quam legibus iurisque publici normis rexisse. Repeimus igitur, quod nos initio statim disputationis (§. II.) ab ipsa potestate consociandi adcurate discreuimus, causam a qualitate rerum immobilium, quae secundum vniuersam iuris nostri indolem non nisi publice alienari possunt, atque olim adeo in conuentibus potissimum provincialibus b) translata fuerunt. Vnde cum eiusmodi consociationi allodiorum, quae penitus olim perfecteque diuisa fuerunt, vera subsit alienatio, nos quidem haut videmus, quomodo sine auctoritate publica esse possit. Neque enim, quod ex sequentibus evidentius apparet, plane res reddit ad pacta successoria, quibuscum alias multum habet commune, nec si eo etiam vel maxime reuertatur, auctoritati hoc publicae magnopere obfuerit. Quod si enim de dominio singularum rerum immobilium priuatim inter viuos constitui non potest, multo hoc minus, quidquid etiam LEYSERVUS c) cum multis aliis obloquatur, licebit de vniuersitatibus iuris, quarum multo maius est pretium, rectissimeque adeo apud nos in Hassia d) editum de contradictibus etiam ad pacta successoria producitur. Facile quidem praeuidemus fore, qui haec omnia de mediatis concedant, ast ab immediatis, potissimum illustribus, aliena ducant, quorum hac in causa non priuata sint, sed publica iura. Neque nos ii sumus, qui eiulmodi in negotiis inter eos omnia ad normas priuati iuris exigi posse putemus, in quibus saepenumero reipublicae ratio habenda sit.

Sed

- b) v. GRUPENIVS in Disc. for. p. 6⁷.
 - c) Spec. CCCLXXVII med. 217.
 - d) v. DECIS. SVPR. TRIBVN.
- To. I. p. 37. Nam quae alio loco ibid. p. 409. securus indicata videntur, ea ex peculiari causae indole explicari debent,

Sed cum ab antiquissimo inde tempore e) principes nostri allodia nonnisi publice alienauerint, neque hodiendum, impetrata licet summa opum iuriumque amplitudine, in hoc genere caussarum, si de regula quidem quaeras, legibus ciuilibus plane soluti sint, non est profecto, quod eos hac in caufa, vbi exceptio nulla adparet, iure quodam praeципuo ornes. Nam quae STRVVIVS f) in primis vrget contraria exempla, ea vel pertinent ad partes terrarum, quas si non ab omnibus immediatorum, ab illustribus tamen priuatim alienari posse tralatitudinem est, vel tamquam res in facto positae ius commune cuenterne nequeunt, praesertim cum iudicia imperii multis saepenumero modis ac locis obluctata fuerint, nec cuiquam facile praeter Electores liberam eius rei potestatem relinquant. His enim ex more maiorum ipsa dein A. B. g) comprobato bona imperii priuatim adquirere licet, at reliquis etiam illustrium ex Capitulatione h) idem tribuere velle, nobis quidem nimis videatur periculosum, cum ipsa illa loca, quae cum REINHARDO i) quamplurimi vrgere solent, pacta rite ac legitime inita esse velint.

§. XIII.

De feudis contra iure Langobardico pro antiquitate eorum etiam sine consensu domini.

Iam quantum ad feuda attinet, ante omnia iuria Lango-
bardici et Germanici discrimen faciendum est. Atque ex illo

e) v. SCHEIDIVS vom Adel p.
212 sqq.

f) de allodiis imperii c. IV. §. 79.
P. 670.

g) rit. X. §. 2. 3. de q. I. missio WIN-
TERO de praerogativa Electorum circa

D 3
adquirendas absque specifico Imp. con-
sensu imperii terras. §. X. viice vi-
dendus est OLENSCHLAGERVS p.

z. 50.
h) Art. I. §. 9. et XI. §. 2.
i) ad Christineum VI. 10.

illo quidem, vbi res constituenda fuerit, ex ipsa consociationis notione euidens est, sermonem esse non posse de feudis nouis, sed antiquis tantum, quae per diuisionem quondam separata fuerint. Nam licet etiam hoc iure k) satis constet plures posse de eodem feudo nouiter inuestiri, id tamen non tribuit vnitatem patrimonii, sed intelligitur fieri pro rata aut parte, adeo vt unus alteri non succedat. Quae enim inter eos nonnumquam est successio, ea est ex paetis adiectis l), non ex natura rei, quae in feudis antiquis tantum consortes ad successionem vocat. Hinc cum antiquitas feudi per diuisionem hautquam perimatur, sed sublata licet vnitate patrimonii, quae cum diuisione utique cessat m), partiarii semper sibi inuicem cum exclusione domini n) succedant: facile adparet, eos etiam inter viuos consociare partes posse, neque habere, quare consensum et auctoritatem domini eam ad rem efflagitent, cuius quippe nihil interest. Dudum enim BAVERVS o) confutauit SENKENBERGII p) haeresin, qui de iure Langobardico etiam hanc diuisionis vim putabat, vt, nisi pacto sibi propexissent, agnati sibi post diuisionem in feudo antiquo non succederent. Neque enim quidquam nocet, quod ex diuisione quisque et seruire domino et iurare debeat, contra in feudo indiuiso adeoque etiam consociato una fidelitas et unum seruitium fieri domino q) dicatur, quoniam hac ratione numerus vasallorum et seruitiorum neque augetur, neque imminuitur, sed res omnis potius ita tantum discrepat, vt ex diuisione quisque obligetur pro rata, sine diui-

k) I. F. I. §. 1. in fin.

l) I. F. 14. §. 2.

m) II. F. 77.

n) I. F. 12.

o) de orig. et progr. comm. man.
Sax. §. 17 fqq.

p) in Meditatt. p. 576.

q) II. F. 77.

diuisione autem per regulam iuris Romani et Langobardici r) singuli in solidum obstringantur. Diuersa quippe est, vt hoc obiter addamus, ratio dominii et stipulatio-
nis aut obligationis in solidum, cum ob vnitatem rei s)
non pugnet quidem Romanis stricti iuris amantibus idem
vel debere plures vel deberi pluribus, contra vero pugnet
vtique, exactum aut adquisitum ab uno adhuc exigi aut
adquiri posse ab altero. Vnde cum singulos solidum petere
posse concedant, condominium in solidum quidem damnant,
e contrario autem Germani, quod hac tali in causa aequale
exercitium iuris subintelligi arbitrantur, inuerso plane iure
vtuntur.

§. XIV.

*Iure autem patrio pro diuersitate diuisionis perfectae
et imperfectae.*

Sed ab his vt transeamus ad iura domestica, ea quidem
in primis hac in causa discriben diuisionis perfectae et im-
perfectae fieri iubent. Ac perfectam quidem hoc loco non
vocamus veram aut in heredes transeuntem, quae quidem
etiam sine perfectione t) esse potest, sed intelligimus eam,
quae non adficit possessionem solam fructuumque perceptio-
nem, sed tollendo condominium ipsam rei substantiam dirimit
ac vulgari vocabulo *Todtheilung* dicitur. Imperfectam
vero nuncupamus, quae saluo rei condominio possessione
tantum fructuumque perceptione confortes segregat, dictam
olim

r) I. 85. §. 2. D. de V. O. et II. F.
26. §. 7.

s) §. I. I. de duob. reis stipulandi et
prom. vbi vid. THEOPHILVS in

Paraphr. I. 2. 3. D. cod.

t) v. REINHARDVS von der Ge-
meinschaft p. 15 sqq.

olim plerumque *Mutschirung* vel *Oerterung*, quamquam inter utramque vocem hoc saepenumero discriminis intercedere videtur, ut in illa partes cuique adsignentur in perpetuum, in hac autem ad tempus eumque in modum, ut elapso tempore permutentur cum aliis, cuius generis exempla multa sunt in rebus Thuringorum ac Misnenium, caute dignoscenda a simplici permutationum genere, quod *Wechsel und Kunde* maiores v) dicere solebant. Nam quocumque olim modo diuisio feudi imperfecte facta fuerit, dubitari non potest, absque consensu domini consociari illud rursus posse, cum per consociationem ex eiusmodi diuisione non tam communio ipsius patrimonii, quae diuidendo quippe non sublata, sed possessione tantum fructuumque perceptione discreta fuit, quam potius communio tantum possessionis et utilitatis, qua ad ius condominii nequam u) opus est, instaurari videatur. Atque hinc etiam quamplurima exempla explicatum habent, vt quae An. cccccxl. apud *KYCHENBECKERVM* w) inter Ziegenhanios et Niddanos absque villa mentione dominorum, quorum habebant quamplurimos, hac de causa conuenisse leguntur: *Wir Johann Grave zu Ziegenhein und zu Nydde bekennen — das wir uns guitlich und gentzlich vereynt und zusammengetan han mit dem edeln Gotfride Graven zu Ziegenhein und zu Nydde — und han den — mir uns zugelassen zu den zweyn Graveschaften — also das he sin lebtage gantz yß darby bliben und eine Libetzucht daran haben sal — uff das*

v) vti ap. *OLENSCHLAGERVM*
in App. A. B p. 100.

u) v. *IUS CAES. III.*, 12 de q. 1.
v. *in primis BOEHMERVS* in *Obff.*
iur. feud. p. 227 fqq. et *Dipl. Univers.* über

die Rechte der Todttheilung Seft. I. c. 5.
in der Saml. alter Schrift. zur Bayer.
Erbsfolge Vol. II. P. 4. p. 198.
w) in *Analect. Hassiac. Coll.* XII.
p. 414 iq.

das die Graveschaft zu Ziegenhein und Nydde unser beyde
Lande by einander unverteilt bliben, ne quid dicamus de
aliis, quorum ingens est copia. Sed cum aduersam in
partem quaeritur de consociatione feudi, quod perfecte
quondam diuisum est, rem omnem conficit Ius CAESA-
REVM, cuius quidem auctoritate x) necessario hoc loco
vtendum videtur: eyn iclich man sal wißin der gut hat czu
lehin. Hod he ez geteylt von symme bruder noch dez keyssers
rechte, vnn von andern lude dy synen gemeyne worn daz her-
sin gut nymande mag gegebin ane dez kaysers hant sint in
des riches rechte stet geschrebin Daz geteylte lehin sal czu
dem riche fallen. Inde enim necessario consequitur, vt,
quaes perfecte olim diuisa sunt, feuda sine consensu domini
consociari nequeant, quoniam, qui ita diuisere, sanguinis
licet vinculo coniuncti, tamen quantum ad bona diuisa
attinet, pro extraneis inter se habentur, eumque in locum
redacti sunt, vt neuter sibi ius alterius partis tribuere possit,
sed quae morte possessoris deficiunt, ad dominum reuertan-
tur. Illustrant hoc confirmantque mirifice exempla Holsa-
torum, quorum olim hac ex cauſſa y) explicatio instituta
fuit, non spreta plane ab idoneis rerum aestimatoribus,
in primis a CHRISTIANO z) de rebus Iutiae et Holsatiae.
Eoque etiam pertinent complures alii, quos breuitatis cauſſa
omittimus, praeſertim cum ex monumentis rerum antiqua-
rum facile haberi possint. Hinc enim explicanda sunt
pleraque exempla inuestituree ſimultaneae, quae post diui-
ſionem impetrata eſt, loquiturque hoc in primis diploma
E Guil-

x) lib. III. art. 25.

y) in Difp. poſt. de coniunct. Com.
Holf. cum Duc. Sax. c. IV. §. 9.z) in der Geschichte der Herzogthu-
mer Schleswig und Holstein, To. III.
p. 319.

Guilelmi Saxonis apud BECKLERVM a), que Dietericum Albertumque Kirchbergios et Henricum Ruthenum inita rursum Cranichfeldii consociatione An. 1300000 simultanea inuestiuit. Nec desunt vero etiam, qui sine eiusmodi inuestitura potestatem consociandi a dominis impetraverint, quemadmodum quidem Carolus IV. Imp. An. 1300000. Stoffeliis apud GLAFFAEVM b) permisso legitur, daz sie die Hinderburg vnd alle ander ire geteilten gut die sie von vns vnd dem Reiche zu lehen haben wider zu einander mugen legen vnd rechte gemeinschafft domitte furbaz haben. also daz sie vngeteilte gefittern sullen bleiben. Quod plane non mirum, cum inuestitura simultanea sit signum potius, quam causa condonii, quod pactis quoque c) conseruari aut recuperari potest.

§. XV.

Quae posterior non semper praesumi potest.

Plana haec et facilia satis erunt. Neque enim iubet proprie quaerere, an Imperatori soli pro se consociationi Ordinum adsentiri liceat, quod pro diversitate temporum et caussarum facile constitui potest, multoque minus est animus diuertere ad interuentum capitulorum aut prouincialium in consociationibus Principum bonorumque territorialium, qui sine caussis propriis locum non habet. Solet potius hoc loco saepe quaeri, cuius generis diuisio praesumi debeat. Quo loco quidem quam plurimi iurisconsultorum cum ESTORE d) nuper nostro, cuius memoria rei artique nostrae

a) in Stemmar, Ruthen. p. 312.

Schichte des Hauses Geroldseck p. 151.

b) in Anecdotis p. 458.

d) in Disp. de partit. terrar. et V.

c) v. REINHARDVS in der Ge-

§. 50.

nostrae semper cara et sancta esse debet, ita arbitrantur, ut
in dubio secundum diuisionem imperfectam iudicent, tum
quod nemo ius suum iactare presumatur, tum etiam, quod
rarissima sint perfectae diuisionis exempla, et sicuti forte
ineatur, adcurate hoc et planis verbis enuncietur. Neque
enim magnopere moramur, quamquam multis magnam hac
in re habere vim videtur, quod diuidentes olim *mutschieren* potius, quam *theilen* dicuntur. Sane ipsi paullo ante
(§. XIV.) diximus illud *mutschiren* ad diuisionem imper-
fectum potissimum pertinere, constatque hoc non modo au-
toritate IURIS CAESAREI e), sed etiam praeter alia
exempla arbitrio in primis quodam apud KOPPIVM f),
vbi scabini testati dicuntur, das sie gehorten han, das ye
kein Deylunge geschen zuschen dem Herren von Isenburg
vnd den von Bruberg sym Gan-Erben, dan das sie sessen
in eyner guischen Mutschar. Neque id vero semper ita
seruatum esse, contra REINHARDVM g) mirifice ostendit
apud LENNEPIVM V.A.h) clericis aliquot, quos qui-
dem notarius quidam An. CCCCCXCVIII. confessos scri-
bit: daz sy sich mit ffyhen Irer lyplichen swester vnd Tebes
Irem Hußwerte eyner ewigen steden vesten vnwiderrufflichen
Mutscharunge vberkommen — habin so daz dy genante
ffyhe yre swester sal nu hinforters mit yrem gutte vnd gutern
beweglich vnd unbeweglichin, thun vnd laissen als mit Irem
andern gutern dy vorsettzen vorkeufen vorpenten ader in
testamentiswyse vorgebin vnd nach Irem willin vnd notze dy
guter vor andern, bescheidin oder vorbryngen wilche zyt
vnd wannie sie des gelustet, ytzund ader by Irem lesten ende

E 2 *sunder*

c) lib. III. c. 12.

f) in den Proben des T. L. R. To. I.
P. 6.

g) von der Gemeinsch. p. 93.

h) in Cod. Probat. von der Leyhe zu
Lands, p. 586.

funder Hern Wernhers Her Steffans oder Irer erbin In
fage Haben auch Her Wernher Her Steffen uff die gutere
vn mutscharunge itzt gentzlichin vortzehin vnd vortzygen
alles rechtin geiflich vnd wertlich vnd haben sich selbs ent-
satzt vnd entsetzen sich itzt mit disse[n] briue gegenwortli-
chen alle Irer rechtin vnd gerechtigkeit dy sie an solichin
gutern bewiglichin oder vnbeweglichin gehabt vnd gehabin
mochtin &c. Eiusque generis plura sunt loca, quibus fa-
cile conficitur, ab illa vocum diuersitate pro imperfectione
diuisionis neutiquam praesumptionem institui posse, praes-
sertim cum verbum *theilen*, quod alias de perfecta diuisione
dicitur, saepenumero etiam occurrat de imperfecta i)
et quod praeter alias complures charta in primis quaedam
antiqua in fine adiecta docet, de temporaria adeo. Accedit,
quod ab aliquot inde seculis illud alterum vocabulum *der
Mutschirung* ab vsu fere recessit, atque omnes adeo parti-
tiones bonorum sine vlo discrimine nunc diuisiones dici so-
lent. Itaque hac in cauſa potius primum omnium ad iura
moresque singularum gentium ac familiarum redeundum esse
putamus, adeo vt, qui semel initus fuit diuisionis modus,
is etiam deinde seruatus videatur. Inde vero si nihil pro-
prii aut iuris aut moris habetur, quo ad iudicandum vti pos-
sis, inspici debet ipsa diuisionis indeoles. Quod si quid enim
complebitur, quod ad communionem dominii vtcumque
redit, v. c. de reluendo, redimendo, praeuendendo, et
quaesunt alia, quae non omnino quidem condominium in-
ferunt, at sine eius conseruatione tamen post diuisionem in-
telligi

i) vt in pacto Badensium de An. CCCCCLXXX ap. SCHOEPFLINVM
To. V p. 513, aut in pacto Isenburgi-
terum de An. CCCCCI. apud FI.

SCHERVM in den Vrkunden zum Ge-
ſchlecht- Register p. 176. qui ipſe tamen
alibi p. 135. perfecte eos vimquam di-
uisisse negat.

telligi facile nequeunt, bona vtique imperfecte diuisa recte dixeris, quoniam eiusmodi in causa condominos, quantum minime potuerint, a communione discessuros fuisse adparet, vt profecto hanc ob causam non intelligamus, quod modo FISCHERVS k) Vir Perill. reprehendi possit, quod fideicommissio inde prouincias Isenburgicas subiecerit, vtut ceteroquin ab hoc vocabulo ad declinandos errores lubenter abstinemus. Ex aduerso autem si hac tali in causa nihil eius generis habetur, nobis quidem etiam sine abdicatione, cessione aliisque eiusmodi rebus, quas vulgo vrgent, de perfectione diuisionis vix videtur dubitandum esse. Idque nobis non modo ferre existimatur ipsa diuisionis natura, quae sine facto quodam restricta aut imperfecta intelligi non potest, sed comprobare etiam ingens copia bonorum, quae ex diuisione ad confortes, qui fuerunt, defunctis licet possessoribus numquam redierunt. Recte enim haec et iure quodam nostro cum M O S E R O l) contra aduersarios vrgere nobis videmur, cum tantum numquam fuerit in maioribus nostris bonorum conseruandorum studium, quantum vulgo contendunt, imo vero quam plurima extra familiam omni tempore fuerint alienata, adeo vt ne natale quidem solum multis superfit. Atque hoc quidem non modo de generali, sed etiam de particulari diuisione contendimus, vbi nonnulla quippe in communione relinquuntur, parsque tantum quedam bonorum diuiditur, quoniam ipsa illa quorumdam communio, nisi forte ad perceptionem fructuum redacta est, reliqua perfecte diuisa esse docet. Est tamen in posteriore genere antiquis praesertim temporibus ob negligentiam in scribendo loquendoque ma-

E 3

gna

To. XIV p. 523.

k) loc. cit. p. 222.

l) in in dem Teutschen Staats-Rechte

gna circumspetione opus, nec tam ex verbis, quam potius ex vniuerso rei litterarumque tenore iudicium ferendum. Ita quidem, cum Nassouii An. **c*1555***. in formula diuisionis, quam nuper admodum **KREMERVS** m) Vir Perill. in eruditissimo opere Originum Nassoicarum ex copiis tabularii Billenburgici denuo edidit, parte cuiusque constituta ordinare legantur, quod *castrum in Nassone et comicia per totam prouinciam — ratione dominii permaneant indiuisa*, poteras quidem obiter rem intuendo reliquam diuisionem perfectam credere. Sed cum iidem statim porro scribant: *item memorati domini nostri dominis suis a quibus sua tenent pheoda. Ministerialibus fidelibus. in pheodatis. sive pheodis uacantibus uel uacaturis communiter prout aetenus confueuerunt, gaudeant indiuisim*, facile adparet imperfekte potius bona inter eos fuisse diuisa. Ceterum vero ea nequaquam est diuisionis perfectae infrequentia, quam plerumque putant, sed cum in diplomatis semel iterumque commemoretur bonorum omnium diuisio, quae vulgo Datteyle dicitur n), aut iusta hereditatis diuisio, quae vulgariter Dateil nuncupetur o), satis constat multa eius olim fuisse exempla. Ac docet etiam ipsa illa inuestitura simultanea, quae ex diuisione imperfecta sacrum numero quandam impetrata est, maiores nostros adeo pro illa praesumendum iudicasse. Nam nisi hoc fuerit, non intelligimus, quare impetrari coeperit, aut eur domini adeo, vt in Saxonia p) aut Pomerania q) factum nouimus, ad eam impertiendam partis fuerint obstricti.

§. XVI.

m) P. II. p. 296. sqq.

p) v. **WECKII** Chr. Dresden, p 438.

n) ap. **IOANNEM** in Spicil. p. 312.

q) v. **SCHWARZIVS** in der Pomer-

o) ap. **GVDENVM** To. III. Cod. p. 16.

quer, und Rug. *Lehnistorie* p. 268.

§. XVI.

Ceterum consociatio semper tribuit ius reale.

Iam quocumque demum modo aut consilio facta sit consociatio, ex natura rei oppido adparet, eam ius reale idque praesens tribuere, cui derogari a consoribus nequeat, nisi, quod interdum r) fieri meminimus, de hac sibi potestate consociantes cauerint. Pertinet tamen hoc ad exceptiones, quae naturae consociationis non officiunt, vt quae per se illud iuris infert, atque hoc ipso adeo modo ab illis, qui buscum alioquin valde conspirat, nudis pactis successoris discrepat, quae ius neque rei, neque etiam praesens, sed personale tantum ac futurum aliquod tribuunt. Vnde ex pactis successoris oriuntur tantum remedia personalia contra paciscentem eiusque heredes ad hoc, ne irrita sint pacta, sed euentum potius habeant, contra vero ex consociatione nascuntur actiones reales contra quemcumque, ac licet adeo consorti, si vel maxime consociatio solam proprietatem sine possessione naturali fructuumque perceptione complectatur, quidquid forte bonorum consociatorum se inuitu inscioue alienetur, a quolibet vindicare. Loquitur hoc plane I. F. A. s) *Diew eid si ain gut zusammen haben die mit einander belehent sint so mag Ir keiner ons den andern nut getun mit dem gute noch mit dem lehen Was aber Ir einer davon liket oder lott das mag derselbe nut gebrechen ob es die andern*

r) vti v. c. sub initium proximi fe
vuli in rogatione Ludouici Saynensis de
consociandis prouinciis in den Beylagew
des Gegen-Berichtes, daß die Reichs-Graf
schaft Sayn mit nichts der Chur-Pfalz
Luhn iemals gewesen, weniger aber noch

*seye Crec. f. l. 1742, f.) p. 68.
s) c. LXV. § 4 ap. SCHILTERVM
et paullo quidem copiosius, sed impli
catius c. XXXVII. §. 5. sq. ex rec. SEN
KENBERGIA.*

dern stette wellent han so mus es stette sind, similiterque I.
 F. S. t) die weil si ein gut zusammen habent die zusamene
 belenet sin ir nich ein enmac an de andern nichein teil dar-
 ab gelihen noch lazen da erz deme andern mite verne wend
 des der man nicht einen theil entphangen kan des en mac
 her ni cheine teil gelihen noch gelazen. Swaz her aber
 darab lihet oder leht, daz en mac her selber nicht gebrechen
 ex in breche der ein der daz gut mit ihm gemeyne hat. In-
 telligi exinde poterit, quod inter illustres saepenumero con-
 trouersias creat, an communio quaedam insignium et titu-
 lorum exinde oriatur. Nam etsi, quod IHRINGKIVS no-
 ster V. A. eleganter quondam v) vidit, ne ipsa quidem
 confraternitatis pæsta id iuris tribuunt, ab his tamen con-
 cludi non potest ad hanc nostram consociationem, quae con-
 dominium per se infert, quod ex illo pæctionum genere aut
 plane non, aut proprias tantum ob cauſas nascitur. In
 consociatione ergo dum conferuntur bona, necessario etiam
 communicantur tituli et insignia, potestque hoc in pri-
 mis intelligi exemplo Pappenhemiорum, qui cum An.
 CIOCIOLXXIV. se consociarent atque in vnam velut gentem
 redirent, auctore Saxone etiam de unitate insignium et titu-
 lorum u) constituerunt. Sunt enim, vt SALVANGIVS w)
 iam animaduerit, coniuncta illa cum dominio, non per
 modum quidem correlati, vt vno posito ponatur etiam alterum,
 sed per modum consequentis, vt, qui dominium ha-
 bent, etiam utroque illo iure fruantur. Quod non possu-
 mus euidentius probare, quam exemplo Hsenburgicorum,

t) art. XXXIV. quocum conferas la-
 tinum c. XXIII. §. 3.

v) in Disp. num exspectativa in feuda
 imp. ius titulorum et insignium tribuat

§. XVII.

u) ap. LVNIGIVM in Corp. iur.
 feud. To. III. p. 98.

w) de l'usage des siefs p. 300.

qui An. c*ccc*LXXIV. bona Gerlac*i* x) p̄terent, wand
wir die neheste erben sint und Herschaft und Wapen uff
uns erforben sint, Saxonumque et Haſtorum, quibus qui-
dem Carolus IV. Imp. An. c*ccc*LXXXIII. dediffe y) le-
gitur, daß sie an jedweder Seiten die Wappen, Insiegel
und Banire zu einem ewigen Vrkund solcher rechten vnd
Miterbschaft vnd Gemeinschafft in Schimpf Ernst vnd an
allen Sachen Enden vnd Städten führen, tragen, sich dar-
von schreiben, nennen vnd auch derer öffentlichen gebrau-
chen sollen vnd mögen, in aller dermaßen, als ob ieglicher
Theil vnder ihn zu deß andern Fürſtenthumben — von
rechter Natürlicher vnnnd Erblicher Geburt, vnd von vä-
terlichen Geſippe darzu weren geborn. Quo inprimis loco
plane efficitur, titulos et insignia esse quidem effectum do-
minii, adeo vt hoc probato de illis dubitari nequeat, quam-
quam in contrarium, id quod in ſucceſſione feudali ſaepius
ſubinde ex hoc fonte repetita adcurate teneri debet, ab vni-
tate titulorum et insignium ad condominium nulla per ſe
eft conſecutio. Nam quaes Nobiles imperii aliquoties tum
publice z) tum priuatim per SCHOEPFIVM a) in Fran-
conia contendorunt, ea iam praeterito ſeculo a Caſtellanis b).

confutata arbitramur.

F

§.XVII.

x) ap. FISCHERVUM loc. cit. p. 135.
y) ap. LVNIGIVM in dem T. R. A.

Part. Spec. Abrh. IV. Abf. II. (Vol. V.)
p. 3.

z) in der Vertheidigung der althergebr.
Fränk. Lehnsgewohnheit, vermög deren
die agnati collaterales die Succession in
den Fränkisch- ſowol als als neuen Le-
hen ohne Unterschied, ob ſie von dem pri-

mo adquirenti abſammen oder nicht.
auf gleichen Nahmen, Stamm, Schild
und Helm zu behaupten berchtigter feynd
(f.l. 1733. f.) p. 13 fqq.

a) de rouel. Francon. c. II. §. 3, sqq.

b) in der Confutat. der in An. 1676.
in Druck gegebenen ſogen. Noritiae acto-
rum in cauſa Caſtell. contra Heſberg ap-
pellationis (f.l. 1688. 4.) c. V.

§. XVII.

Vnde iudicari potest de successione.

Proderunt haec potissimum ad intelligendum, non habere MOSERVM c) vsu et cognitione harum rerum sine villa dubitatione licet instructissimum, quare ad infringendam vim successionis ex condominio aliis quoque modis patisque eam fundari posse dicat. Esto enim hoc vel maxime, ad voluntatem partium redit, ac semper efficit ius tantum personale, cum e contrario condominium illud pariat reale. Nam quod praeterea condominio vim successionis detractus Lauenburgicos ait Wittebergenibus conventione licet Tangermundae An. ccccclxxiv. ipso adeo Carolo IV. Imp. auctore et auspice inita d) in Saxonia non successisse, id propterea nullam vim habere potest, quod eam dudum HORNIUS e) per fraudem confictam esse contra MITHOFIVM f) effecit, omninoque res illa omnis nequaquam cadit in Carolum, quem illo maxime tempore ampliandi patrimonii adquirendique Albis causa Witteberga Saxones callide emundeturum fuisse HAEBERLINVS g) pulcre vidit. Quod si vero etiam vera fuerit consociatio illa Saxorum, centumque eius rei habeantur exempla, vnde consores non successerint, hoc tribuendum facto, non iuri. Condominium enim Germanici iuris si ponatur, per ipsam eius naturam plane efficitur, vt uno defuncto alter succedat, cum, si adcurate velis loqui, ne successionem quidem, sed mutationem

c) in dem *Familienstaats-Recht der T. R. Staende* To. I. p. 743.
d) in dem *T. St. R.* To. XV. p. 441.
e) in der *Histor. Handbibliothec*. p. 283, fqq. et in vita Friderici bellicosi p. 187.

f) ap. LVDEWIGIVM ad A. B. To. II. p. 245.
g) in dem *Auszuge aus der allg. Weltgesch.* To. IV. p. 3. fqq.

tionem condominii in dominium solitarium commemorare debeas, adeo, vt, cuius quis rei hucusque condominus fuit, eius nunc solus dominus esse incipiat. Solent hoc nonnulli ius ad crescendi et non decrescendi adpellare, sed nostro quidem iudicio non ad accurate et cum perturbatione iurium diuersorum. Quidquid malis, inde adparet, non esse, quod rem communiter emtam contra nos vrgeas, quae quippe ad condominium iuris Romani, quod semper est pro parte, vniceredit, aut exempla coniugum ne ex communione bonorum vniuersali quidem semper sibi aequo modo succedentium magnopere premas, quoniam hi pariter posito bonorum condominio proprio h) sibi non succedunt, sed vindicant, et quae passim in fauorem adscendentium et collateralium hac in cauſa constituta sunt, iuribus pecularibus ex inficitia negleſtuque patrii iuris morisque profectis debentur. Neque etiam veremur auctoritates iuris Langobardici i), quibus multi gloriantur, cum huic itidem subſit condominium Romanum, quod ab eo, quod iure nostro proditum est, plane differt. Secundum hoc enim, quod singularis ius tribuit in solidum, profecto auemus audire, quibus argumentis ac rationibus extorqueri possit superstitionis fortum successio contra naturam rei et si his quidem opus est, contra planissimas iuris nostri auctoritates, quas taedet vere repetere, praesertim cum vetus illa inter ipsos adeo descendentes controuersia de iure representationis rem extra dubitationem omnem collocet. Certe quod ipse SENKENBERGIVS, qui huius doctrinae instaurator recte habetur, etiam ex condominio secundum gradus succedi k) fatetur,

b) v. LANGIVS von der Gemeinschaft der Güter unter T. Eheleuten p. 158. fqq.

F 2 tetur,
k) in der wahren deutschen Erbfolge nach der Nähe des Grades §. 14. ap. CRAMERVM in den W. Nebenf. To. LXXXVII. p. 53. fqq.

i) I. F. 14. §. 2, II. F. 12.

tetur, hoc nihil prorsus nocere potest. Ponit enim condonos diuersi generis familiaque ac propinquitate disfunctos, quorum ipsa fere fert indoles, ut secundum gradus succedant. Inde quidem planis verbis I. F. A. 1) liberi praे consorte ad successionem vocantur, atque hodienum ex inuestitura simultanea deficiente licet clausula: *nach rechter Sipzahl* coinuestiti non prius succedunt, quam familia possessoris m) defecit. Sed cum subest condominium eiusdem modi aut generis, eadem inuestitura simultanea, quam accurate hanc in caussam ex iure Saxonico BAVERVS n) V. A. explicuit, ostendere potest, ipsam rei naturam efficere, vt, nisi aliae forte caussae hoc velint, de iure nostro nulla inter condominos in succedendo sit praerogativa gradus, sed quo iure quicunque in solidum fruantur, illud ii etiam aequo modo vindicent. Nam quod idem etiam FISCHERVM o) Vir Consultiss. ad constituendam successionem linealem, quam his omnibus inuestito comprobatoque iure peregrino in vniuersum nequaquam stabilire cupimus, ex iure Langobardico p) efficere tentat, in eo praeter alia omnia magnopere veremur, ne, quod accidit interdum felicibus ingenii in eruendis rerum iuriis originibus, humani aliquid passus fuerit, scitisque Langobardorum potissimum notiones Germanicas subiecerit, quae pro more illorum ex Romano iure quammaxime erant amplectendae, susceptaeque sine vlo dubio virum doctum acutique ingenii a temeritate opinandi: et iniquitate quadam reprehendi tuiturae erant.

§. XVIII.

I) c. LXV. §. 3. ex rec. SCHILT.

m) v. LYNKERVS dec. 300. et

WERNHERVS de success. simult. in-

testitorum in feendum §. 15.

n) in Disp. simultanea inuestiti qua-

tenus viriū et quatenus secundum
Kirpes succedunt §. 4. sqq.

o) in dem Verfüche der Gesch. der T.
Erbfolge To. I. p. 127. sqq.

p) II. F. 37. 50.

§. XVIII.

Ac de aere alieno.

Nec difficile denique fuerit, ut hoc tandem finiamus, definire inde caussam arduam, multisque modis in primis inter illustres implicatam de aere alieno. Nam quod PAVLVS q), IAVOLENV S r) aliquae Romanorum scribunt, bona non intelligi, nisi deducto aere alieno, nec pertinere ad bona, nisi quod eo soluto superfit, hoc est plane iuris naturalis, neque ad exceptions adeo referri debet, quod Brunsuicenses An. ccccxciv. apud ERATHVM s) scribunt: *dat we durch Mitwillen vñser Lande vnd Lüde, vns vereinet hebbēn vnd tosamene gesettet mit den Landen to Brunschwig vnd tho Luneborg, also, alse we darmede beeruet sint, mit Schloten, Städten, Landen vnd Lüden, mit Geiflick vnd Weltlicke, mit allerley Rechte vnd Richten, Nut vnd Tobehöringen, wo man dat benömen mag, und mit aller Redeschop vnd Schulden, sed, si vniuersa bona ex diuisione maxime perfecta conferuntur, ex ipsa natura negotii, quo ius vniuersum communicatur, etiam sine conventione partium consequens est, vt, quidquid sit aeris alieni, commune fiat.* Accidit quidem interdum, ut in certam tantum eius summam consociantes se obstringant, verum id potissimum locum habet in sociatione aut particuliari, fundorum maxime, aut quae ex diuisione imperfecta initur, cum vel quaedam tantum pars bonorum denuo coniungitur, fundive in primis exclusis reliquis bonis in coniunctionem veniunt, vel hos ipsis post diuisionem illam

F 3

s) loc. cit. p. 30.

q) l. 39. §. I. D. de V. S.

r) l. II. D. de iur. hisc.

